mediatoꝛ et hominū / vt dones
mihi illud beatiſſimū ōmium
electoꝛ conſortium / vt habeā
vna cum eis gaudiū et omne
bonū hic et in eternū. Amen

Proſa a ſancto Thoma Aqui-
nate compoſita: in qua com-
pendioſe myſteriū ſacroſancti
ſacramenti Euchariſtie / ſiue
altaris continetur

Lauda Syon ſaluato-
rē: lauda ducē et
paſtorē / in hymīs et
canticis. Quantū potes / tā-
tum aude / quia maior ōm
laude: nec laudare ſufficis
Laudis thema ſpecialis: pa-
nis viuus et vitalis hodie pro-
ponitur Quem in ſacre

menſa cene turbe fratrū duo-
dene datū non ambigitur.
Sit laus plena ſit ſonora
ſit iucunda/ ſit decora men-
tis iubilatio Dies enim ſo-
lemnis agitur/ in qua menſe
prima recolitur huius inſti-
tutio In hac menſa novi
regis/ novū Paſcha nove le-
gis/ Phaſe vetus terminat.
Vetuſtatē novitas/ umbrā
fugat veritas/ noctem lux
illuminat. Quod in cena
Christus geſſit/ faciendum
hoc expreſſit in ſui memoriā.
Docti ſacris inſtitutis/ pa-
nem/ vinū in ſalutis cōſecra-
mus hoſtiam Dogma da-
tur christianis/ quod in car-
nem tranſit panis/ et vinū

in ſanguinem Quod nō ca/
pis / quod nō vides animoſa fir/
mat fides preter rerū ordinē.
Sub diuerſis ſpeciebus ſig/
nis tantum et non rebus la/
tent res eximie. Caro cibꝰ/
ſanguis / potus : manet ta/
men Chriſtus totus ſub vtra/
qꝫ ſpecie A ſumente non
conciſus : non confractus / nō
diuiſus : integer accipitur.
Sumit vnus / ſumunt mille /
quantum iſti / tantū ille :
nec ſumptus conſumitur.
Sumunt boni : ſumūt ma/
li / ſorte tamen inequali / vi/
te / vel interitus Mors eſt
malis : vita bonis : vide pa/
ris ſumptionis qꝫ ſit diſpar
exitus Fracto demū ſacra/
mento / ne vacilles / ſed memē/

to/ tantū eſſe ſub fragmento/
quantū toto tegitur Nul-
la rei fit ſciſſura: ſigni tan-
tum fit fractura/ qua nec ſta-
tus/ nec ſtatura ſignati minu-
itur. Ecce panis angelorum/
factus cibus viatorum: vere pa-
nis filiorum/ non mittendus ca-
nibus In figuris preſig-
natur/ cum Iſaac immolatur/
agnus paſche deputatur:
datur manna patribus.
Bone paſtor/ panis vere/ Je-
ſu nostri miſerere: tu nos paſce/
nos tuere: tu nos bona fac
videre/ in terra viuentiū.
Tu qui cuncta ſcis et va-
les/ qui nos paſcis hic mor-
tales/ tu nos ibi cōmenſales/
coheredes/ et ſodales fac ſcto-
rum ciuium. Amen.